[1]) Archiv. Dioec. Ios. Hodermarszky ad ann. 1714. „Reverendi D. Parochi, nostrae jurisdictioni Spirituali subjecti in I. Cottu Szathmar sub APresbyteris Pinte Ioannis Laczfalusi Megyesiensis, et Paskuli de Kéken salutem, et divinam benedictionem. Innotuit nobis, qualiter P. Bizanczy intra Vestras Dom. Rev. existens se jactaverit Eppum propudiose, et auctoritate arrogata non veritus sit contra SS. Apostolorum, et Synodales Canones divortia perpetrare, mulctas extraordinarias tam a saecularibus, quam Eccis executione mediante emungere, APresbyteros legitimos officio suo privare, aliis Censuris Eccis np irregularitate, excommunicatione involutis id officii nulla habita ad id potestate conferre, ac caetera scandala committere. Ea propter cum S. Cath. Ecclesia haec tolerare non possit, nostroque muneri eadem, et similia emendare incumbat; hinc omnia acta ipsius cassando, annihilando, irritando (prout et juxta s. canones irrita esse dignoscerentur) restituimus officio APresbyteratus R. D. Lupulum de Sikarlo' Gr. Un. r. Parochum, dantes ei facultatem in Vestras Dom. Rev. Singulos, ut supra jus APresbyterale, quoad omnia puncta a piae Memoriae antecessore Nostro Eppo de Camelis habita exercendi. Ut proinde ab omnibus, et singulis vestrum pro tali agnoscatur. In cujus rei majorem fidem sigillum nostrum appressimus, et manu propria subscripsimus praesentes. Datum in Monasterio S. Nic. Eppi et Confessoris in monte Csernek. Die 25. Junii 1714. Ioan. Ios. Ho-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

зитъ бо Ягерской Епархіи: Іоаннъ Кишъ — по порученію Примаса Угріи на 4. май 1715. г. зазываетъ нашихъ въ Унгваръ для избиранія генѐральнаго Викарія — письмомъ изъ Ягру 27. Марта 1715. [1]) и дорученіемъ другаго вмѣстѣ 20. Апрѣля 1715. г. въ Gyöngyös-у датованомъ, въ которомъ клиромъ избранный: Георгій Бизанцій Викарій и со стороны Графа: Гавріила Ердевдія — Ягерскаго Еппа — якъ себѣ подвластный подтверждается съ изложеніемъ клятвы вмѣстѣ. Впрочемъ хотя противъ этого выбора и протестовали Мукачевскіе законники потому, что Бизанцій[2]) не бывъ Инокомъ священникъ только мірскій, эта протестація всетаки кончилась лишь ниже видимымъ[3]) о повиновеніи власти гласящимъ вспоминкомъ; а

---

dermarszky — Eppus Gr. r. Unit. Archimandrita S. Nic. Munkacs — m. p. L. S.“

[1]) Archiv. Dioec. Agriensia ad 1715. „Dato 27. Martii Agriae — Joannes Kiss, praepositus major Agr. insinuat Clero Gr. r. Cardinalem Principem de Saxonia, et Primatem regni sibi commisisse, ut Ritus Gr. Clerum convocet fine eligendi Vic. Gener. sub suo praesidio — quem in finem pro hoc actu praefigit 4. Maji Ungvarini 1715. et svadet pacatam comportationem, donec Eppus consecratus missus fuerit.

[2]) Lucskay T. III. p. 132. „Ut Bizanczy fuisset uxoratus, nullum documentum habemus; sed habetur documentum de 1701. dum Szent-Iványi eum commendat Eppo de Camelis, et nominat: Bizanczi ex Universitate Tyrnauensi prodeuntem pro S. Ordinibus. Ergo verum non est, quasi habuisset Anczam (Annam) uxorem, et hac mortua dictus esset Bizanczi, absque Anna, Безъ Анцы“.

[3]) Archiv. D. Agriensia — 19. 20. „Ex monast. S. Nic. ad Munkacs 20. Aug. ad nos datas literas Paternitatum Vestrar. percipientes cum admiratione experimur, quod intellecta Principis primatis dispositione circa D. Georgium Bizanczy per nos denominatum, et constitutum Vic. Gen. non modo eidem debitam reverentiam, subjectionem, et obedientiam, uti obligantur, non praestent; verum continuis suis, et sacerdotes minime decentibus factionibus, scandalosisque sermocinationibus ejusdem Vic. potestati resistere, sicque tam nostram Eppalem auctoritatem laedere, quam etiam Altefati Metropolitani dispositionem turbare praesumant. Quia vero iam hanc praesumtionēm non tam vestris Domin., quam earundem instigatori Ios. Hodermarszkyo tribuendam esse censemus, ideo

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

что огорченіе Ягерскихъ противъ Годермарскаго черезъ чуръ разъярилось, явно изъ Ягерскаго Епа 1. Сент. 1715. г.[4]) къ нашему клиру, даннаго письма, гдѣ между прочими категорически совѣтуется на всегда отбросити мысль быти поклонниками того, который не въ состояніи и самъ себѣ помочи.

Настала слѣдовательно Годермарскаго деградація, — отказавшагося отъ Епства въ Пожони 14. Ноября 1715. въ присутствіи Примаса Угріи: Христіана Августа — какъ царскаго комисаря въ смирномъ будто бы виду для того, — чтобы тѣмъ легче высредствити у Папы для именованія въ Апостольскіе Викаріи и Себастопольскіе Епы для Бизанція нужныхъ грамотъ, — и вотъ конецъ славою начатаго владычества его — ко которому у Лучкая находимъ ниже[5]) читаемую прибавку.

---

paterne praecipimus, et mandamus, ut Georg. Bizanczy per nos nominatum, et constitutum Vic. agnoscere velint. In punctis enim accusationum coram Principe Primate abunde excusatus existit. Agriae 30. Aug. 1715.

[4]) Archiv. Dioec. Agriensia — 21. „Acceperint, vel propediem accipient Paternitates Vestrae epistolam nostram ejus modalitatis scriptam: Supervenit hodie Eminentissimi Metropolitani nostri Benignissimi benigna epistola praesentibus acclusa, ex qua Paternitates vestrae uberrime intelligent: quare nostram nupernam adhortationem per praesentes pro iterata haberi volumus; simul etiam ex superabundanti ulterius quoque paterne monemus, sapiant tandem aliquando, et sibi non noceant propter talem (Eppum Munkacs. Hodermarszky,) qui se ipsum juvare non potest. Agriae 1. Sept. 1715.

[5]) Lucskay T. III. p. 136. „Hodermarszky gloriose nominatus in Eppum Munkacsiensem inglorius ex eo excidit; quod plus Augustae Aulae Regiae, quam Agriensi sedi subditus esse praeelegerit, verbo plus sibi nocuit zelo, quam vitiis“; нѣкій читатель Лучкаевой рукописи червонымъ карандашемъ приключилъ: „Non fuit politicus, azaz opportunitas embere;“ а мы прибавимъ: если у Гевенеши T. IV. по смыслѣ Климентомъ XI. Папою къ Угорскому Примасу 1709. г. 74. Н. даннаго Breve между другими и Стефанъ Телекеши, Ягерскій Епъ, якъ въ Раковціевомъ бунтѣ участвующій уволненъ отъ Епскаго дѣйствованія — дѣйствуетъ однако 1713. г. потвержденіемъ Бизанція въ Викаріатствѣ; — почему не могъ дѣйствовати и Годермарскій по царской сторонѣ воюющій ?

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

Георгій Геннадій Бизанцій XVIII. Мукач. Еппъ съ 1716. до 1733. г.

§. 105. Рожденіе, воспитаніе, Викаріятство, именованіе, потвержденіе Еппства и договоръ съ Годермарскимъ.

Родился въ Всл. Раковецкомъ обществѣ — Угочанскомъ Комитатѣ 1656. г. Школы кончилъ въ Тирнавѣ — дотого съ изящнымъ успѣхомъ—что 1701. г. Іезуитскимъ Ректоромъ: Сентъ-Иваніемъ вручень былъ де Камелису для рукоположенія въ іереи. По рукоположеніи опредѣленъ въ качествѣ пароха въ городъ Калловъ — 23. мая 1703. отъ де Камелиса получилъ АДіаконскую облеченку (§ 101.), гдѣ въ отсутствіи де Камелиса дѣйствовалъ и какъ Cottus Bihar, et sedis Kővár Visitator, et Eppi Munkacs. Vicarius" по свидѣтельству грамоты съ 24. Авг. 1708. г. въ которой Петра де Коморанъ именуетъ въ Аванскаго АПресвитера; — въ 1713. г. 9. Апрѣля Епископомъ Ягерскимъ Телекешіемъ именуется въ себѣ подчиненаго Викарія,[1]) а когда по смыслу этого именованія дѣйствуетъ,

---

[1]) Archiv. Dioec. Agriensia ad ann. 1713. „Nos Steph. Telekessy. — — Ad universorum notitiam praesentium per vigorem volumus pervenire, quod posteaquam Ill. ac R. D. quondam Ios. de Camelis Gr. R. un. per Hungar. Eppus Munkacs. post peractum laudabiliter in hoc Eppatu gubernium pie in D. obiisset, sacerdotes et populi dicti Gr. r. in incertum ad diversas partes trahebantur jam uni, jam alteri magis ex persvasione, quam devotione, ac ritus sui observantia inclinantes adhaerere videbantur. Unde plurima scandala, et difficultates emergebant, nec erat, qui remedium adferret, imo nec qui pro remedio salutari debitis in locis negotia proponeret, causasque ejusdem Gr. R. in bonum ordinem redigere satageret; hinc ex commiseratione, et zelo conservandae unionis memoratorum Gr. R. populorum, et sacerdotum ducti R. in Christo fratrem D. Georg. Bizanczy — gr. Parochum Kalloviensem, et ADiac. Transtibiscanum nobis et S. sedi (Agriensi), unde semper dependentiam habere dignoscuntur, pro gerendo officio Vicariatus inter ipsos Gr. R. sacerdotes et populos aptum, sufficientem adinvenimus maxime, quia lingva latina, scientia philosophica, et Theologia morali ornatum scimus, morumque honestate laudabilem, ac in suis functionibus sedulum intelligamus, ideo etiam eidem facul-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

возразилъ Годермарскій, что такъ какъ и вопреки синодальныхъ каноновъ малженства разводитъ, благочинныхъ запрѣщаетъ, новыя даже установляетъ, словомъ себя въ роду Еппа представляетъ, — для того мы — говоритъ Годермарскій — всѣ его рѣшенія уничтожаемъ при вспоминаніи, чтобы только ему подчиненные всѣ уваженіемъ одолжались.

Стоило впрочемъ это именованіе Византія въ Викарія и слѣдующаго клятвеннаго обѣта даже:[2]) Я Георгій Би-

---

tatem, et jurisdictionem spiritualem administrandi dictum officium Vicariatus, usque dum Munkacs. Eppus stabiliatur, et a S. sede Apost. confirmetur, paterne in Domino impertimur, et concedimus. Quocirca omnes et singulos toties memoratos Gr. r. sacerdotes, et populos hortamur, et monemus, ut praedictum D. Georg. Bizanczy pro suo vero, et legitimo Superiore, et Vic. recognoscentes eidem debitum honorem, et reverentiam exbibeant, ejusdemque directionibus sese accommodent, prouti debent, et tenentur. Agriae 1713. 9. Apr. Steph. Telekessy — Eppus Agriensis.

[2]) Archiv. D. Agriensia — 112. — ad ann. 1767. „Ego Georg. Bizanczy Gr. R. un. cum R. Eccl. Presbyter juro per Deum vivum, unum in Trinitate, et trinum in personis Patris, Filii et Spir. S., S. Dei Genitricem V. Mariam, S. omnes, et electos Dei, quod ego Ill. et R. D. Gabrieli Ant. Erdődy, moderno Eppo Agr. ciusque successoribus, ac officium, et curam gerentibus Dioecesanae hujus Eccl. Agr. eidemque subjectarum fidelis, et obediens ero, item quod ritus mei Gr. unionem cum S. R. Eccl. Cath. intemerate servabo, ac per alios servari curabo; in officio vero vicariali hujus ritus Gr. unitos omnes mihi subjectos sacerdotes, et populos ad obedientiam supra fato Illmo, ac R. D. ejusque successoribus, ac Dioec. hujus Agriensis generalem curam habentibus adducere, ac compellere pro posse meo satagam, conabor, ac fideliter intendam; sacerdotibus vero ac populis amore, odio, precibus, praemio, aliisqe respectibus semotis diligentem, ac justam administrationem faciam, visitationes Eccles. ubi personaliter potero, fideliter pro aedificatione populi, aut aliis aptis, et idoneis sacerdotibus peragendas, mihique referendas committam. Denique omnia ea, quae tum ad obedientiam, reverentiam, ac submissionem altefato Illmo, ac R. D. ejusque successoribus, ac generalem Dioec. Agr. curam habentibus spectabunt, sollicite tum ipse curabo, tum per mihi subjectos absque renitentia curari pari sollicitudine intendam, ac satagam, sic me Deus adjuvet, B. M. Virgo, omnes sancti, et electi, et haec S. Evangelia. **Actum** Gyöngyös 20. Aprilis 1715. Idem qui supra, Georg. Bizanczy. —

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

занцій клянусь Богомъ въ св. Тройцѣ однымъ, что Гавріилу Ердевдію (Телекешіевому преемнику) Ягерскому Еппу и наслѣдникамъ его всегда останусь вѣрнымъ, унію точно покрѣпляти склоннымъ, какъ вмѣстѣ и себѣ подвластное священство на повиновеніе поостряющимъ,—а послѣ приспѣло изъ Рима Бреве sub annulo Piscatoris съ 5. Февр. 1716. Климентомъ XI. Папою данное въ виду у жизни де Камелиса читаемомъ.[3]) Далѣе отъ 3. Апрѣля того одного года тѣмъ однымъ Папою издана у Базиловича (P. II. p. 144—147.) читаемая та Грамота — въ которой съ тѣмъ получаетъ титулъ Себастопольскаго Еппа, чтобы рукополагался въ присутствіи двухъ, или трехъ каѳолическихъ Епповъ по Греческому обряду объявивъ прежде клятвой потвержденное повиновеніе Римскому престолу— что еслибы не сдѣлалось, и рукополагающій святитель и рукополагаемый вмѣстѣ запрѣщаются отъ управленія церквами имъ подвластными; — затѣмъ чтобы разъ уже водворити по Епархіи миръ, по полученіи этихъ грамотъ съ Годермарскимъ отправляется въ Ягеръ и 10. Апрѣля тогоже 1716. г. въ присутствіи Ягерскаго Еппа Ердевдія и Препозита Іоанна Киша слѣдующій изъ трехъ точекъ состоящій и у Базиловича (P. II. p. 139—143.) встрѣчаемый договоръ заключаетъ съ нимъ:

1) Годермарскій, какъ Архимандритъ Монастыря на горѣ Чернецкой именуется въ Генеральнаго Викарія.

2) Доходки обществъ Бобовища и Лавки, какъ десятины вмѣстѣ отъ горъ Чернекъ и Росвигова будутъ принадлежати Аббату; вносы же изъ рукоположеній Епископу; отъ другихъ разныхъ треть Аббату, а двѣ части Епископу.

3) Архимандритъ передаетъ домъ свой для обитанія Епу, — но еслибы Епъ сооружилъ свой купленый деревяный и намѣрялъ въ немъ жити, пусть ему то вольно будетъ.

---

[3]) Archiv. D. Romana — 14. anni 1716.

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

О томъ ресигнаційномъ договорѣ есть слѣды и въ грамотѣ Карломъ VI. 8. Ноября 1716, г. данной, которую тутъ[1]) и для того наведемъ во всемъ объемѣ, чтобы чи-

---

[1]) Archiv. Dioec. de Bizanczy ad ann. 1716.

„Nos Carolus — — — memoriae commendamus, quod posteaquam fidelis noster Honor. Ioan. Ios. Hodermarszky Gr. R. unit. Ordin. S. Bas. M. Monasterii ad S. Nicolaum prope Munkács Abbas, et antehac ejusdemque Gr. R. unit. ad Districtum Munkács pertinentium Regia auctoritate nominatus Eppus Munkacs. certis, et rationalibus e causis medio cognati, et amici nostri sincere dilecti Rmi in Chr. Patris, et Serenissimi Christiani Augusti S. R. Eccl. Presbyteri Cardinalis, ducis de Saxonia Principis, AEppi Strigon. et Primatis R. Hung. ac Metropolitae sui titulum, et honorem Eppi Munkacs. retenta tamen pro se praedeclarata Abbatis in manus Regias nostras benevole, plene, et legitime in forma, scriptoque, ac effective die adhuc 14. Nov. 1715. proxime praeterito resignasset; interea vero temporis ad sedulam praefati Cardinalis, et AEppi, qua et apud S. Sedem Romanam regnorum, et ditionum nostrarum protectoris commendationem fidelis pariter noster Honor. Georgius Bizanczy, Gr. R. unit. Presbyter per suam Sanctitatem, summum utpote Pontificem modernum tenore Brevis Apost. Roma ad S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris 5. Febr. a. c. 1716. emanati omnium Gr. R. unit. in Districtu Munkacs commorantium constitutus fuisset Vic. Apost. et denominatus Eppus Sebastopolitanus ad hunc titulum canonice consecrandus, qui populo illi, et Gr. R. unit. in Spiritualibus secundum normam, et institutum ipsorum praeesse possit. Ipse vero praefatum Ioan. Ios. Hodermarszky pro vero suo, ac legitimo in spiritualibus per eundem Districtum Munkacs. Gr. R. unitorum vic. Generali, accedente etiam ordinarii, et Dioecesani Eppi Agriensis, utpote fidelis, et nobis dilecti R. D. Georgii Gabrielis Erdeődy de Monyorókerék auctoritate, et consensu elegerit, et constituerit, utrinque autem ad contestandam erga invicem sinceri animi relationem, sed et maxime in plurimarum, uti sperare licet animarum emolumentum, ac plenam mutuae pacis, et amicitiae firmitatem, a qua plurimum populi in unione cum orthodoxa fide R. Cath. conservatio dependeret, certam inter se motu proprio, et voluntate libera, et in fide, ac constantia sua sacerdotali inviolabiliter, et irrevocabiliter observandam inivissent Conventionem, semetque eatenus uti Maj. nostrae ex fidedigno testimonio innotuisset, coram praefato Eppo Agr. obligassent, et obstrinxissent. Et hoc pacto titulum, seu honorem Eppi Munkacs. Gr. R. un. per praenominatam resignationem ipso facto vacare, et iterato ad R. nominationem, et collationem nostram rein-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

татели узнали, якъ и когда то подъ опекунствомъ Ягерскихъ Епископовъ вмѣсто имени „Dioecesis Munkacsiensis“

---

cidisse contigisset. — Hinc nos praedeclarata resignatione acceptata pro ea, qua in constituendis fideli populo nobis subjecto Eccis pastoribus, seu moderatoribus tenemur cura, et sollicitudine considératis mentionati Georg. Bizanczy alias Eppi Sebastae praeclaris virtutibus, doctrina item et morum, vitaeque integritate, quibus ipsum ab altissimo insignitum esse ex nonnullorum fidelium nostrorum, ac aliorum etiam gravium virorum recommendatione cognovimus. Eidem itaque tanquam personae idoneae, et bene meritae titulum, seu honorem Eppi supra fati Districtus Munkacs. Ruth. Gr. r. un. in praedeclarata resignatione pro nunc vacantem cum omnibus omnino juribus, obventionibus, emolumentis, et jurisdictionibus de jure, et ab antiquo praefati districtus Munkacs. Ruth. Eppis competentibus, salva nihilominus inter eundem, et memoratum Ioan. Hodermarszky ad invicem inita conventione, et per ipsum retenta specificata S. Nic. Abbatia apud eundem usque dies vitae suae permanente, auctoritate Iuris Patronatus nostri R. quod generaliter instar divorum quondam Hung. Regum gloriosae memoriae praedecessorum nostrorum in conferendis quibusvis Eccis memorati regni nostri Hung. partiumque eidem adnexadum beneficiis, titulis et honoribus optimo jure habere, et exercere dignoscimur, dandum, et conferendum esse duximus, ita tamen, ut idem etiam debitam fidelitatem, devotionem, ac obsequium erga summum S. R. Eccl. Pontificem, et Maj. nostram una cum populo sibi subjecto constanter servare et pro viribus justis, et licitis rebus, ac negotiis Dioec. Agr. ordinario Eppo moderno, et futuris debitam reverentiam, et obedientiam, tanquam eorum respective et vicarius praestare, et ab illis dependentiam habere debeat, ac teneatur. Imo damus, et conferimus praesentium per vigorem. Quocirca universis, et singulis fidelibus nostris harum notitiam habituris, praesertim vero in districtu Munkacs. degentibus, ut Eppo Gr. Un. subjectis populis harum serie firmiter praecipientes committimus et mandamus, quatenus mentionatum Georg. Bizanczyum Eppum alias Sebastae, per nos vero populi Gr. R. per Districtum Munkacs. Eppi titulo, et honore insignitum pro tali habere, tenere, et recognoscere, eidemque in omnibus, veluti Eppo debitis jurisdictionibus, et praerogativis parere, obtemperare, ac denique proventibus, ac emolumentis universis (salva tandem inter eundem, et saepefatum Ioan. Hodermarszky inita eatenus conventione, et Abbatia S. Nic. apud ipsum, ut praemissum est, ulterius etiam remanente) respondere debeatis, et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

повстало прозваніе „Districtus Munkacsiensis“, а что по полученіи грамотъ рукоположенъ во Львовѣ, явно изъ Львомъ Кишкою АЕпомъ даннаго свидѣтельства.[1])

§. 106. Вліянія Ягерскихъ по дѣламъ нашей Епархіи.

Съ намѣреніемъ представленія вліянія Ягерскихъ по дѣламъ Епархіи нашей примѣтимъ, что слова Ягерскаго Генер. Викарія: Іоанна Киша въ письмѣ 11. Марта 1716. г. къ Мукачевскому АДіакону Іоанну Керепецкому: „отъ Годермарскаго не страхайтесь“ [2]) суть только мелочь въ отношеніи огорченій — которыми умѣренными будто бы шагами позже преслѣдовали нашихъ, — на примѣръ когда съ поворотомъ по рукополаганіи изо Львова съ намѣреніемъ улаженія домашнихъ неурядицъ здѣсь[3]) прибавлен-

---

restitutis. Dat. in Civ. nostra Viennensi Austriae 8. Nov. 1716.“— Bizanczyo, Vic. Apost. et Eppo Sebastae. —

[1]) Archiv. Dioec. Bizanczy — ad ann. 1716. „Leo Kiska AEppus. et Metrop. Kioviensis, ac totius Russiae elargitur testimoniales, quod Georg. Bizanczy, Ord. S. Bas. M. Religiosum, et Vic. Apost. Districtus Munkacs. posteaquam professionem fidei Cath. et juramentum fidelitatis erga Sedem Rom. deposuisset, ad titulum Eccl. Sebastanae consecraverit. Datum Volodimirii 9. Dec. 1716.

[2]) Archiv. D. Agriensia — 23. ad ann. 1716. „Joannes Kis Vic. Gen. Agr. APresbytero Munkacs. Ioanni Koropeczky se vindicaturum promittit injurias per Cameraticos officiales, — insuper: „semmibe se függjön Hodermarszky Uramtól — hanem Ő Kelme amiben vagyon, azon auctoritását másutt folytassa.“ Agriae 11. Mart. 1716.

[3]) Ibidem „Georgius Bizanczy — — — Praesentium exhibitor AR. D. Ioann. Kerepeczky, ADiac. Cathedr. in certis negotiis meis Eppalibus Agriam ad Illm. ac R. D. Gabr. Ant. Erdeődy, C. de Monyorókerék Eppum Agriensem pergit. Eapropter S. C. Regiaeque Maj. DD. Officiales titulis suis dignissimos honorifice rogandos esse duxi, quatenus antefatum expressum hunc meum officiosam agnoscant in negotiis valde arduis deputationem assumsisse. Cui ad exequendum munus sibi commissum adjutorio potius, quam impedimento adesse velint, humillime rogo, quam gratiam eidem praestitam nactis occasionibus reciprocare haud intermittam. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Dat. in solita residentia S. Nic. de monte Csernek 23. Ian. 1717.

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

нымъ паспортомъ снабженнаго: Іоанна Коропецкаго шлетъ въ Ягеръ, послѣ и самъ нуждался лично итти и слѣдующій подписати реверсалъ[1]): Я Георгій Бизанцій сознаюсь,

---

[1]) Ibidem. „Ego Georg. Bizanczy — per Distr. Munkacs Eppus. Bene mihi notum, perspectumque habens, qualemnam, et quantam diversis ex capitibus Eppi Gr. R. ab Eppis latinis (in quorum Dioec. morantur) subordinationem, atque dependentiam habere, observareque debeant, praesertim vero vigore instructionis ad praelibatos Eppos lat. datae a Sanctitate sua Clemente Papa VIII. ex sententia congreg. super Reformat. Graecorum, Declaratione, Decreto, ac Mandato Romae in Palatio montis Quirinalis apud S. Marcum sub 31. Aug. 1595. Pont. anno 4. et signanter quoad punctum per expressa verba, uti sequitur, declaratum: „Graeci sine literis Dimissoriis Eppi lat. Dioecesani ad S. Ordines promoti suspensi sunt, et si suspensi in suis ordinibus ministraverint, efficiuntur irregulares, sicut et latini. Super hujusmodi autem, et similibus irregularitatibus dispensandi facultatem a S. Sede Apost. obtineri oportet.“ Ad quae quidem omnia et singula ego qnoque erga Illm. ac R. D. C. Gabr. Ant. Erdődy — Eppum Agr. velut Dioecesanum meum Gratiosissimum fideliter, ac sancte, inviolabiliterque observanda medio scripti mei Agriae 1716. 11. Apr. corporali juramento firmati ultronee me obstrinxi, obligaviqne. Quia tamen tum ob itineris nimiam distantiam, atque arduitatem, tum ob maximam inopiam, et defectum mediorum iis, qui ad ordines per me promoveri deberent, Agriam semper confluere aegre admodum, ac perdifficile fore videretur, eapropter demisse institi, quatenus altefata sua Illma ac R. Dom. quoad hocce punctum gratiose dispensando generalem mihi facultatem, ac Dimissionales in communi dare concedereque dignetur, mediantibus quibus homines Gr. R. ad ordines tam majores, quam minores libere in Dno, ac licite promovere possim, ac valeam. Erga quam gratiam mihi, ovibusque curae meae concreditis gratiose concessam, ad puncta sequentia intemerate, ac inviolabiliter observanda, me in fide, et conscientia mea Eppali obstringo, obligoque, ac videlicet

1. Quod nullum sine necessitate, et (in quantum fieri poterit) sine praescitu, nec non praevio examine Rmi D. Gen. Vic. mei, utpote Joan. Hodermarszky, Abbatis Monast. S. Nic. ad Munkács. ad ullum ordinem promovere velim.

2. Quod non modo nulli ordines conferre velim, nisi praemisso legitimo, et conscientioso antelati D. Gen. Vic. mei, vel ab eodem (aut in absentia ejus a me ipso) constituendorum doctorum virorum examine, verum etiam nulli, nisi ea rite sciverit, quae sci-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

что мнѣ по разнымъ причинамъ надо повиноваться Ягерскому Епну; а особенно по словамъ направленія Папы Климента VIII. съ 31. Авг. 1595. г. понеже въ каждомъ поодинокомъ случаѣ въ дѣлѣ мною рукополагаемыхъ для полученія власти про отдаленность и другія причины весьма трудно бы итти въ Ягеръ, — на основаніи клятвеннаго обѣта прошлаго года 11. Апрѣля мною предъ Ягерскимъ Епномъ низложеннаго — для освящаемыхъ молю сесимъ общую мнѣ подати власть, — которую если получу, обязуюсь:

1) что кромѣ нужды и безъ соглашенія Аббата (Годермарскаго) ни одного не произведу въ санъ Іерейскій.

---

tu necessaria sunt tum necessitate medii ad salutem aeternam consequendam, tum ad debitam ordinis sui functionem, atque executionem perficiendam; imo nulli, nisi quem ad ejus munus officii aptum, idoneum, et sufficientem tam ego, quam examinatores judicaverimus.

3. Quod eosdem, de quibus dubium prudens est, utrum valide, legitime, et non per aliquem Eppum Schismaticum, velut a S. R. Eccl. abjectum, nullamque ordinandi potestatem habentem, ad ordines promoti sint? sub conditione denuo ordinare velim.

4. Quod tales, qui ea, quae scitu necessaria sunt. nescientes forte per incuriam unius, vel alterius valide quidem, sed illicite ordinati sunt, quantocyus debite, sufficienterque de scitu necessariis erudiri, atque instrui curare velim, neque eosdem, et similes prius ad ordinis, munerisve sui executionem accedere permittam, nisi debite eruditos, instructosque.

In quorum omnium per me in verbo meo, et conscientia Eppali S. Sancte servandorum majorem assecurationem, praesentes de me Altefato Illmo et R. D. Comiti, et Dioecesano reversales dedi Agriae 16. Maji 1717. G. Gennadius Bizanczy — Eppus Sebastopol. et Districtus Munkacs. in Hung. Partibusque acquisitis Vic. Apost. m. p. L. S. Coram me: Andrea Petrik Abbate natae Reginae Angelorum de Nagy - Kompolt, et Canon. Agr. m. p. L. S. Coram me Ioanne Komáromy praeposito de Gajdel, et Can. Agr. m. p. L. S. Coram me: P. Ioanne Leger — S. I. m. p. L. S. Coram me: Alexandro Csala (nefors Csata) VComite Cottus Heves m.p. L. S. Coram me: Georgio Ignatio Handler, Plebano Agriensi m.p. L. S. ac in praemissis notario m. p. L. S.

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

2) посвящу только тѣхъ, которые довольно учеными окажутся и въ пособіяхъ для спасенія и въ упражненіяхъ своихъ чиновъ.

3) О которыхъ посвященію сомнѣваться надобы, тѣхъ вновь посвящу (reordinabo sub conditione) подъ условіемъ: „если не точно — посвящены“.

4) Неукихъ и невѣждъ — если по случаямъ рукоположены были бы, обучу. — А наступающаго 1718. г. Ягерскій Епископъ: Ердевди уже порицаетъ Византія въ слѣдующихъ:[1]) Ваше ВПреп. и проч.

---

[1]) Archiv. Dioec. Agriensia — ad ann. 1718. „Reverendissime Dne. Proxime dierum in partibus Homonnensibus, et I. Cottu Zemplén existens, quanto cum dolore cordis mei, atqve intima animi desolatione plurima scandala, querelas, et diversissimos exscessus, (quos non modo nullus bonus Christianus approbat; verum nec Deus summe alias misericors inultos relinquere poterit) hinc et inde contra Praettam DV. inaudire debuerim, nec verbo, nec calamo sufficienter exprimi potest. Primo enim constat mihi, qualiter eadem, DVestra Rma nuperrime quemdam Ruth. Sacerdotem bigamum sicsoriviensem (forte Szacsur, Csicsov, vel Gálszécs — Szecsovcziensem, прим. Автора) in flor. 40 puniverit, uxorem tamen ei, quod in potestate vestrae Dominationis nequaquam est, contra omnia jura, et proprias Graecorum constitutiones in manifestum universae plebis scandalum cohabitare permiserit. Bone Deus! quale hoc exemplum? ubi conscientia? num nescit Dom. Vestra dictum sacerdotem toties graviter peccare, quoties illegitimae hujusmodi consorti, utpote concubinae suae cohabitet? et omnium ejusmodi peccatorum etiam vestram Dom. ex culpa conniventiae, et toleration participem fieri? Similis etiam casus est illius Hrabócziensis Poppae, qui primam uxorem Ruth. habuit, et jam de facto cum Cath. impie non minus, ac scandalose cohabitat. Quae et alia tametsi Dom. Vestrae bene constiterint, ea tamen debite non punivit, non impedivit, non separavit; verum acceptis pecuniis in statu quo reliquit.

2. Inaudio, et pro certo scio, quod V. Dom. contra mentem, tenorem, et expressas conditiones in concessa sibi a me facultate appositas, imo etiam contra juramentum suum, quod inviolabiliter, et S. Sancte observandum in Capella mea domestica coram Crucifixo, et ardentibus cereis plurium in praesentia deposuit, nec non contra fidem suam, et verbum sacerdotale jam ultra 60 homines sine necessitate absque praevio debito examine, absque requisita a

http://rusyns-library.org – «Русинська Бібліотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Бібліотека Стефана Бендаса", 07.2015

1) Дошло мнѣ ко свѣдѣнію, что Ваше ВПреп. отъ Sicsov-ского русскаго священника двоеженца 40 гульд.,

---

suis D. Terrestribus manumissione, et nec catechesim xnam, nec formam, et materiam Sacramentorum scientes, imo et tales, qui tot Deos, quot personae in SSma Trinitate sunt, asserebant, ad Ordines promoverit, prouti et nuper in Avas 12. stupidissimos, Deus scit, qualium morum, et vitae homines sine ullo praemisso examine ordinavit, acceptis ab uno quolibet turpis lucri gratia fl. Rh. 28. Et quis amore Dei hinc fructus sperandus? et quid discet populus aliunde rudis a tali Idiota nihil sciente? quin et (utinam non fieret) ob ignorantiam crassissimam quid pro quo, per consequens multitudinem haeresum, et schismatum ex suggestu, et alibi daclamante? Cui accedit, quod eadem Dom. V. ob dictum Simoniacum lucrum (quod juxta Apostolum est idolorum servitus) identidem Poppas multiplicet, duos etiam et tres aeque contra jura, et Concilia cum praejudicio fundatorum, et D. Terrestrium in eodem pago patiatur, et foveat purepute, ut plures taxatos subditos, a quibus in singulos annos duos flor. accipere solet, pluresque birsagiandi occasiones habeat. Qui Poppae tametsi fundos rusticanos possideant, omnes tamen a robotis, aliisque oneribus et pensionibus exempti esse volunt; unde non mirum, quod dein ex hinc plurimae cum Dom. Terrestribus rixae, dissidia, contentiones, jurgia, et scandala gravissima exoriantur. Ex quibus omnibus quid aliud etiam secundum rationem politicam deducitur, quam quod ipsamet DVestra praecipua causa sit, quod Diploma Leopoldinum in ordine ad exemtionem, et immunitatem Cleri Gr. R. extradatura observari non possit, nec manuteneri: Quam immunitatem, et exemptionem etiam pro lat. R. Clero nos Dioecesani Eppi manutenere non possemus, si haec et similia in Dioecesibus nostris admitteremus, prout et nullibi videbit Dom. V. ut in uno, eodemque pago duo, vel plures Parochi latini, prout apud ipsos fit, tolerarentur. Audivi ego plures hoc in passu Viennae a diversis Magnatibus (ad quos et populus et Clerus a Dom. V. nimium quantum aggravatus, et afflictus pro remedio confugerat) mihi factas qverelas, audivi et Posonii, et Agriae, et Homonnae, et alibi, prout etiam medio mei Vic. superinde non adeo pridem Dom. Vestram commoneri feci, nulla tamen, in quantum experior, emendatione hactenus subsecuta.

3. Bene noverit Dom. V., qualenam in ordine ad Festa R. Hung. Decretalia, etiam a Gr. R. Un. Clero, et populo observanda, Decretum gloriosissimae memoriae Leopoldi Imperat. habeat, et quoties, ut huic morem debitum gereret, paterne simul, et officiose urserim, admonuerim, et requisiverim Dom. V., surdis tamen, ut apparet, auribus praeterita sunt omnia. Compertissimum est et illud

http://rusyns-library.org – «Русинська Бібліотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Бібліотека Стефана Бендаса", 07.2015

какъ наказаніе взявъ, дозволили ему жити со супругой; — далѣе и Іерея Грабовскаго имѣющаго прежде русскую

---

4. Quod mentionati Graeci, et Rutheni Sacerdotes cum praejudicio lat. r. Parochorum quam frequentissime se immisceant ad copulationes Cathol. et aliorum, quos nunquam noverunt, vel viderunt, quique sub jurisdictione Spirituali eorundem nunquam exstiterunt, etiam Acatholicorum, hosque sine omni denunciatione copulent, non considerando, quales sint personae? in quibus circumstantiis, et quod dum similibus tanquam Parochi eorum non proprii assistunt, matrimonium sit nullum, per consequens non modo mihi, et meo Eppali Consistorio tricas, fatigia plurima, et molestias maximas, verum etiam inter ipsos taliter Copulatos plura alia gravissima mala causent. Ita fecit recenter Ruth. Poppa Benkócziensis, copulans Lutheranum cum Ruthena, cujus prius habuit germanam sororem, et ab hac duas proles, a moderna nullam, cum primum sit annorum quasi 14. eamque duxerit ante quinquennium 9. circiter annorum existentem. Ita etiam accidit in pago Vehécz, ubi in praejudicium proprii Parochi Sókutiensis absque omni promulgatione Gr. R. Sacerdos unum par copulavit; Item in Szedlicske curae Rev. Patrum Varannoviensium subjectum par unum, (qui ambo Cath. sunt) Ruth. Sacerdos copulare attentavit; ex pago Volova dicto Gr. R. Sacerdos similiter in praejudicium proprii Parochi Görögi-nyensis matrimonio adstitit duarum personarum contrahentium Lutheranarum; in Diapolocz Parochiae Dobrensis Filiali duae personae, Luther. videlicet cum Cath. cohabitant, a quodam per eundem pagum casualiter transeunte Gr. R. Sacerdote copulatae; taliter copulatus est quidam in N. Mihály, in aula D. Andreae Szirmay existens satrapa cum foemina, cujus prior, et legitimus maritus in I. Cottu Unghvar. etiamnum degit, et aliam etiam uxorem duxit; in ejusdem D. Szirmay aula victor quidam per Ruth. Sacerdotem contra inhibitionem loci Parochi copulatus cohabitat personae, de cuius prioris mariti obitu nulla hactenus habetur certitudo. Inter haec, et alia aggravat culpam Vestrae Dom. Rmae hodiernum in diem toleratus ille nefandus Ruth. abusus, qui in monasteriis eorundem contingere solet, uti fit in possessionibus Tarna, in I. Cottu Unghvar, item in Kraszno-Brod, et Rafajócz in I. Cottu Zemplén, quo dum occasione processionum ad Indulgentias plebs concurrit, quas invitas foeminas viri rapiunt, eae illico ad matrimonium adiguntur, ac per Ruth. Sacerdotes copulantur.

5. Particulares quidam absque ulla mea, ut Dioecesani licentia, vel et non facta insinuatione cerquas, seu tempella ruthenica aedificant cum imminutione proventuum lat. r. Parochorum, ut si-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

супругу, — а теперь живущаго съ католичкою, — для чего не препятствовали, но болѣе взявъ деньги пріютили даже?

---

gnanter in pago Csemerne Illmi D. C. Petri Zichy subdita quaedam fecerat, cujus filium Sacerdotem factum ad eundem pagum pro Parocho inducere tres solum ibidem existentes Rutheni contendunt in praejudicium RR. PP. Varannoviensium, ita etiam est factum in pago Agyagos per defunctum Franc. Klobusiczky, qui pariter cerquam aedificavit, et tempore revolutionis Rákóczyanae Sacerdotem Ruth. introduxit in manifestum Parochi Sókutiensis praejudicium, et alibi. Quibus et pluribus aliis de causis, quae ultronee referre toediosum est, ne ego ipsemet per similium criminum dissimulationem conscientiam meam gravatam sentiam; cum aliunde Dom. Vestra conditiones sibi appositas, et suo juramento firmatas non observaverit, cumprimis, et ante omnia facultatem meam, quam ego 1717. 16. Maji Dom. V. elargitus fueram, praesentium per vigorem revoco, casso, et omnimode annihilo ita, ut vigore ejusdem DVestra Rma absolute nullum ordinare possit, vel audeat, inhaereoque firmiter Decreto, atque Instructioni a Sanctitate Sua Clemente PP. VIII. ex Sententia Congregationis super Reform. Graecor. Romae in Palatio montis Quirinalis apud S. Marcum sub dato 31. Aug. 1595. Pont. anno 4. ad Eppos lat. emanatae. Ita ut si quos sine literis Dimissorialibus meis ad S. ordinem promoverit, sint suspensi, et si suspensi in suis ordinibus ministraverint, efficiantur irregulares, sicut et latini. Super hujusmodi autem, et similibus irregularitatibus dispensandi facultatem a S. Sede Apost. obtineri oporteat.

Ex superabundanti praeterea, praemissis jam tot paternis meis admonitionibus, iterato, et ultimo hortor, et rogo Dom. V. praedictos et alios plures excessus, et scandala serio corrigat, emendet, et in futurum praecaveat; bigamos Sacerdotes a cohabitatione, et officii ipsorum executione serio inhibeat, et non solum in marsupio; verum et per carceres, et alia media severe puniat. Uxores, seu potius concubinas ipsorum illico separet, ac amandet; neo-ordinatos vero tamdiu a sui ordinis executione suspendat, donec se in omnibus, quae quilibet vir Eccus necessario scire debet, debite perfecerint, novumque examen (in quo debite subsistant) non subiverint, ipsoque effectu remonstret VDom. quod revera plus Deum, et animas, quam pecuniam curet, quodque unitam cum S. Fide, et Eccl. R. religionem habeat, quam si non habent, vel non agnoscunt, potius se declarent, quales sint? ut Deus ultronee taliter non illudatur, Summus Pont., Augustissimus item, et Clementissimus D. noster non decipiatur, et nos omnes amplius non irrideamur. Quodsi vero saepe fata Dom. V. nec preces, nec tot paterna mo-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

2) Ваше ВПр. злоупотребляя власть отъ меня полученную мимо клятвеннаго обѣта выше 60 неуких̀ъ въ Іереи посвятили получивъ отъ каждаго поодинок̀ихъ 28 гульд., умножаете Іереевъ по селамъ до 2—3 изъ симоніи, чтобы получити отъ каждаго по 2 гульд.

3) Я даромъ сообщилъ св. декретальныя, слышу бо,— что вѣрниками Вашими онѣ несохраняются.

4) Русскіе священники въ перекоръ правъ пароховъ Латинскихъ мѣшаются во бракосочетанія католическихъ четъ.

5) Нѣкіе русскіе безъ соизволенія моего сооружаютъ русскія церкви съ нарушеніемъ доходовъ пароховъ латинскихъ.

Все таже доказанное взявъ во вниманіе — продолжаетъ Ягерскій Епшъ — власть прошлаго года 16. Мая данную силою настоящихъ отзываю, кассую, уничтожаю, чтобы вы въ послѣдствіи ни одного въ Іереи нерукополагали, кромѣ особеннаго моего дозволенія.

Кромѣ сихъ Ягерскій Епшъ жаловался на Бизанція и у Примаса Угріи и слѣдующее получилъ отъ сего съ 18.

---

nita, nec gratitudinem, nec propriam conscientiam, nec juramentum, et verbum Eppale, neque divinam, aut humanam majestatem curando serio se non emendaverit, et praedictis omnibus debitam medelam non tulerit, en declaro me, et sincere significo in verbo meo Eppali, quod ego tot praedictos excessus, et scandala sicut bona conscientia nullatenus possum, ita nec velim ultroneo dissimulare: sed certo certius pure ad ea declaranda, ac corrigenda Viennam asscendam, Augustiss. atque Clementiss. D. Nostrum genuine de omnibus informabo, et (si opus fuerit) cum ejusdem annuentia per Nunciaturam etiam Romam recurram humillime instando, ut de praedictorum omnium debito tandem remedio simul etiam aliter Gr. R. Un. Clero, et populo provideatur. Quod vero exinde subsecuturum est, non utique mihi (cujus plus quam paternum affectum semper expertus est), sed sibi ipsi adscribere poterit V. Dom. quam in reliquo feliciter supervivere cupiens — maneo Eiusdem Rmae DV. Agriae 9. Februarii 1718. Servus addictissimus: C. Gabr. Ant. Frdödy—Eppus Agriensis—mp.

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

Мая 1718. г. наказывающее письмо[1]): „чтобы сирѣчь домагался Ердевди впередъ увѣдомити конгрегацію кардиналовъ „de propaganda fide“ о соблазняхъ, отступленіяхъ и развратахъ Бизанція“. Ердевди затѣмъ обжаловавъ Бизанція въ Римѣ, слѣдующее получаетъ письмо, касающееся Бизанція, какъ Апост. Викарія[2]): Понеже въ Викаріатствѣ

---

[1]) Arch. Dioec. Agriensia ad ann. 1718. „Illme, et Rme D Comes! Propediem hinc Ratisbonam rediturus per consequens in praecinctu discessus existens, gratanter accepi 12. curr. Agria datas Illmae, et Rmae DV. literas, ad quas breviter occurrit rescribendum; mea videlicet opinione optimum fore, si Illma, et Rma DV. D. Bizanczy graves hactenus commissos excessus coram. S. Congr. de prop. Fide exponeret, taliterque ulteriorem eo recurrendi modum ipsi praecluderet; ubi enim mox dicti S. Congr. de ipsius excessibus genuinam habebit informationem, aliud profecto de eodem sentiet, neque tam facilem ipsi eo recurrenti aurem praebebit. His sum, et indesinenter persevero Viennae 18. Maji 1718. Praeattactae DV. addictissimus Parens, Protector, et servus Cardinalis de Saxonia.“

[2]) Ibidem Romana 118. „Illustris, et Rme Dne uti Frater! Non sine ingenti dolore S. Congr. intellexit plures, et quidem graves abusus, et scandala in isto Vicariatu Apost. inter Clerum, et populum Gr. R. vigere, quae non modo bonis moribus, et ordinariae lat. Eppi jurisdictioni multum officiunt; sed etiam S. unioni, quae pro virili fovenda, ac promovenda esset, maximo nedum detrimento, sed etiam impedimento sunt. Audivimus enim festa S. R. Eccl. de praecepto minime observari; bigamis Sacerdotibus cum illegitimis uxoribus, imo veris concubinis vivere, atque versari permissum, virosque cujusque generis, ac fortunae minus etiam idoneos, et immeritos, nullo praevio examine certo quodam exoluto pretio indiscriminatim ad S. ordines promoveri. Parochos Gr. in latinorum matrimoniis immisceri. Rapi virgines latinas a Graecis, et ab eorum Presbyteris vel invitas matrimonio jungi. Novas in dies Eccl. erigi, et in iis Parochos constitui sine scitu, et consensu ordinarii, pluraque his similia fieri Amplitudine tua (quod imprimis grave videtur esse, atque indolendum) non modo non prohibente; sed forte etiam probante. Quare ut Eminentissimi Patres ejusmodi malis occurrant, et ne ulterius grassentur, opportune provideant, quaedam super his decernenda putarunt, et Amplitudini tuae mandandum, prout per praesentes literas mandant, ut ea omnia ipse sedulo serves, et a subditis tibi populis religiose servari cures, quae quidem S. Congreg. decreta ex adjuncta pagella cognosces. Praeterea Emi-

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

Вашемъ декретальныя свята Церкви Рим. католической несохраняются, двоеженцы- іереи съ подложницами священство оскверняютъ, іереи безо взору на качества кромѣ дозволенія ординарнаго латинскаго Епца рукополагаются, рукоположенные же вмѣшиваются во брачныя дѣла къ латин. парохамъ принадлежащія, какъ также и новыя церкви кромѣ соизволенія латин. Епца сооруживаютъ, для чего рѣшаемъ:

---

nentissimi PP. Amplitudinem tuam meis hisce literis serio monent, ut in posterum ab iis omnibus, quae hucusque forte per imprudentiam admisisti, omnino te abstineas, et conscientiae tuae consulas. Haec autem ego salutaria S. Congr. monita aequi, bonique facias velim, et omnem operam tuam, sollicitudinem, et studium impendas, ut spei, quam de te S. Apost. Sedes maximam gerit, ubi te ad tam sublimem gradum, dignitatemque promovit, plene, atque etiam abunde respondeas. Quibus in votis Amplitudini tuae summam a Deo incolumitatem enixe precor. Amplit. Tuae Romae 20. Junii 1718. Uti Frater: I. Cardinalis Sacripantes Praefectus. P. A. AEppus Lavis, Secretarius.

Decreta S. Congr. Generalis de prop. Fide habitae 20. Junii 1718. Referente Emnmo, et Rdmo D. Cardinali Zondadario quosdam abusus, et scandala, quae inter Clerum, et populum Gr. R. Vicar. Apost. Munkacs. in Dioecesi Agriensi grassantur Emi PP. ut hujusmodi malis opportune provideatur, decreverunt ut infra, videlicet:

1. Gr. servare teneantur dies festos de praecepto lat. Eccl.

2. Separentur uxores a bigamis, et Vic. Apost. procedat, prout de jure.

3. Graeci non promoveantur a Vicario Apost. ad S. ordines, nisi eidem exhibuerint dimissorias ordinarii Latini.

4. Parochi Graecorum non approbentur, nec novi instituantur, nisi de consensu ordinarii latini.

5. Parochi Gr. moneantur a Vic. Apost. ne se ingerant in matrimoniis latin. et idem Vicarius contra inobedientes procedat, prout de jure.

6. Novae Eccl. minime erigantur, et erectae non consecrentur, nisi de consensu ordinarii Latini. Dat. Romae diae, et anno ut supra. I. Cardinalis Sacripantes Praefectus P. A. AEppus Lavis Secretarius. Illustri, et Rdmo Dno uti Fratri D. Georgio Bizanczy, Eppo Sebastopolitano, Vic. Apost. Munkacsiensi.“

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

1) Чтобы Греческіе должны сохраняти декретальныя свята церкви латинской.

2) Іереи Греческіе не рукополагались безъ дозволенія ординарнаго латинскаго.

3) Парохи не именовались безъ дозволенія тогоже.

4) Двоеженцамъ больше не быти.

5) Въ дѣла брачныя пароховъ латинскихъ невмѣшиватися.

6) А на конецъ, чтобы не льзя новыя церкви созидати и освящати безъ дозволенія Еппа Латинскаго. — По сообщеніи этихъ рѣшеній гораздо болѣе разъярились пристрастія, раздоры между нашими и Ягерскими, — оскорбляло, кажется, Византія и то, что когда въ письмѣ отъ Риму титулуется: „Illustris ac Reverendissime“, тогда Ягерскимъ Еппомъ титулъ дается ему только: „Reverendissime.“

§. 107. Что далѣе вниманія достойно изъ дѣятельности Византія?

Кромѣ доказанныхъ особенно вниманія достойна у Византія и та дѣятельность, что для улучшенія священническаго сана получилъ отъ Государя Карла VI. грамоту (Базиловичъ P. II. p. 152—153), въ коей Леопольдовой грамотѣ сходно священники наши равными свободами снабжаются съ латинскими, а парохіальныя земли уволняются отъ списку податковаго.

Затѣмъ вновь видимъ, — что Ягерскій Еппъ Гр. Ердевди уже полно вліятельно настаиваетъ на Византія: — 5. Авг. 1721 г. даетъ Паспортъ для каноническаго посѣщенія Мармарошскаго комитата[1]), въ слѣдствіе котораго Визан-

---

[1]) Arch. Dioec. Agriensia — 27. ad ann. 1721. 5. Aug. „Nos Gabr. Ant. C. Erdődy — Salutem in D. universis, quibus competit, etiam officiorum nostrorum paratissimam commendationem. Quando quidem Rdmus D. Georgius Genn. Bizanczy Eppus Sebastop. nec non per Districtum Munkacs. Gr. R. Un. Vic. Apost. proxime Vienna redux Munkacsinum ad ordinariam residentiam suam, inde vero etiam in Marmatiam — vigore benigni mandati Caes. R. 1720.

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

цій каждой церкви опредѣляетъ священника, дяка и церковника, а чтобы и получити для тѣхъ трехъ лицъ увольненія отъ публичныхъ тягаровъ, для подпиранія дѣла слѣдующимъ письмомъ[2]) молитъ Викарія генер. Ягерскаго

---

22. Aug. ad I. Cottum Marmoros emanati Gr. r. un. Xti fideles ibidem jurisdictioni suae commissos visitandi causa proficisci intenderet, Nosque super literis passualibus, ac respective commendatitiis (mediantibus quibus iter suum tanto facilius, tutiusque prosequi valeret) debito cum honore requisivisset, eundem D. Eppum hinc Agria ex loco sano, et salubri discedere, requirentes pari cum respectu Christi fideles (uti praemissum) universos, ac singulos, praesertim vero I. Cottus Marmoros DD. Officiales, quatenus praetit. D. Eppum non modo ubique locorum libere, ac imperturbate ire, morari redireque permittant, ac per suos permitti faciant; verum etiam in omnibus justis, ac licitis eidem assistere non graventur. Dat. in Curia nostra Eppali Agriae 5. Aug. 1721. Gabr. Ant. C. Erdődi, Eppus Agr. m. p. L. S.

[2]) Ibidem, Illme — — — Salutis voto humanissima mente praemisso, servitiorum meorum promtitudinem. Quod immediate praeterlapsis temporibus non comparuerim ad servitia Illmae, ac Rmae DV. exhibenda, causam subnecto, quod semper exspectaverim ad meas binas gratiosum responsum, unde quia hactenus non percepi, praesentibus his iterato inserviendum duxi Illmae DV. et simul statum modernum Cleri Marmoros. reductis iisdem ad gremium S. matris Eccl. et unionem S. ad singulas Eccl. ubi necessarium fore judicavi, unum Sacerdotem pro Parocho designavi, Cantores autem et Aedituі, seu Sacristiani, qui sunt necessarii ad servitia Eccl. debuissent quidem assumi ex saecularibus rusticis, quia tamen hoc non judicavi fore ad votum I. Cottui, ne clamarent exinde aliquod incommodum sibi provenire, utpote propter immunitatem inferendam, et attribuendam personis Eccl. inservientibus, ideo videns adhuc exceptis Sacerdotibus pro Parochis consignatis alios suppetere Sacerdotes, eosdem ad aliquot Eccl. pro Cantoribus, et Aedituis singillatim disposui, ut sic habiliores in defectu inveniantur ad peragenda divina. Hos omnes tam pro Parochis consignatos, quam etiam alios pro Cantoribus, et aedituis ad quamlibet Parochialem Ecclesiam 3. deputando in regestro specificatos I. Cottui praesentavi, quod omnino applacidavit; verum qui non ex toto, pro hic et nunc quidem eosdem immunes agnoscit, relegat tamen se Communitas Marmoros. ad altiorem dispositionem, in quo negotio uti collimavi, requirent Ilmum D. Ordinarium Agr. His sic stantibus humillime rogandam duxi una cum Clero saepefato Illmam, ac Rmam DV.

http://rusyns-library.org – «Русинська Библіотека - ИИФ въ Ужгородѣ» - "Библіотека Стефана Бендаса", 07.2015

Фоглара, который послѣ власть подаетъ обществу Готька сооружити церковь и ввести до себя священника вмѣстѣ, письмомъ изъ Ягру съ 18. іюня 1724. г.

